

1529. a. 2. Octobris.

Ex M<sup>o</sup>. archi. Stani. Aug. Reg.

Petrus Tomichi episcopus Cracoviensis. et  
Luce de Sorha Castellano Posnaniensi  
capitano Majoris Poloniae Generali

157  
Magnifice domine domine, et frater honorandissime.  
Cum nactus hū essem Martinum Przeborowski  
qui vivendi fratris sui ex Italia reversi causa  
huc accesserat, dandus illi duxi has literas ad  
Magnificentiam Vestram quibus illam viso et sa-  
luto, utque diu felix sit et incolumis ex animo  
cupio, nam de his quae nunc in Hungariam  
fiunt, et geruntur, magnificentiae Vestrae scribere  
supervacaneum videtur, cum et illi haec eadem  
non incognita, et omnium tristissima esse exi-  
stimem, res etenim haec a multis non est  
audita saeculis, quod Turcus tam ingenti  
tamque instructo exercitu aliquod regnum  
unquam invasisset, quanto hunc miseram  
Hungariam propugnaculum quondam eg-  
regium Christianitatis, provinciamque  
illi vicinam Austriam Populis et opibus  
abundantem Depopulari est aggressus, dici-  
tur aiquidem supra quinquaginta bellato-  
rum hominum induasisset, quae multo non  
solum urbes obtinuit et evertit, sed nomine  
solo et numero suo in ultimis usque terris  
Christianos quosque tenore ejusmodi afficit,  
ut non solum De iis qui sunt in peri-  
culo presenti Desperare, sed De suo etiam  
capite, et fortunis graviter metuere vide-  
antur, intelligunt enim Hungaria et Austria  
occupata

occupata, furoreque et expugnatis: quod avertat  
Deus. Viennensibus presidis, in quibus lectissi-  
mi quique milites, et in militari disciplina  
fortes et exercitati plurimi sunt Duces collo-  
cati, facilem ad reliqua occupanda Turco futu-  
rum aditum, quae quidem res quia nimium  
in se habet ad cogitandum acribitatis et mo-  
lestiae, tanto mihi doloris, ad primam illam  
solicitadinem quam ex morte fratris acce-  
pi adiecit, ut aegritudinem febricula cathari-  
ca, passionisque melancholica conflavisse  
mihi censeatur, propter quam passionem et  
febrim ab aliquo jam septimanis me  
domo continere oportuit, nunc gratias Deo  
mihi videtur medicorum opera aliquanti,  
sper sublevatus, reliqua tamen molestia  
scilicet melancholica, quam cito me dimittet  
augurari non ausim, quemcumque tamen  
haec spes valetudinis meae exitum ha-  
bebit per occasionem Magnificentiae ve-  
stra scribere non permittam, et si quid eti-  
am de caeteris et vicinis rebus habuero  
non patiar illam ignorare. Interea mea-  
mori, et benevolentiae illius fraternali ex a-  
nimo commendo, eamque felicissimam  
esse cum quis omnibus, recte sanam et  
incolumem vehementer desidero Datum  
Praevia octava Octobris,